



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV

Muret, Marc-Antoine

Antverpiæ, M. D. LXXXVI.

Cap. 7. Adonin Dianæ ira interfectum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70864](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70864)

Nam propemodum iam ostendit suam sententiam.

P. A. Igitur queramus, nobis quid facto vsu sit.

Quaeso autem, si qui reprehendere hæc volent, vt prius diligenter & accuratè considerent. nolim enim me ita reprehendi, vt in refutandis temerariis reprehensionibus nouus mihi capiendus sit labor. Hoc quoque Cælius, os hominis, non veritus est pro suo venditare.

Adonin Diane ira interfectum.

CAPVT VII.

DIANA apud Euripidem in Hippolyto coronato, indignè ferens honestissimi adolescētis mortem, cuius culpa omnis in Venere hærebat, minatur, eam non impune laturam. nam se quoque interfecturam aliquem, qui Veneri eximie carus sit, vt ipsam pari dolore afficiat.

Εγὼ γὰρ, inquit, αὐτῆς ἄλλον ἐξ ἐμῆς χειρὸς,

ὅς αὖ μάλιστα φίλτατος κερσοί βροτῶν,

Τόξοις ἀφύκτοις τοῖςδε τιμωρήσομαι.

quem locum declarans Scholiastes: Sunt, inquit, qui putent, obscurè significari Adonin. sed nugari hoc quidem est. neque enim Dianæ sagittis, sed à Marte, interfectus est Adonis. quem igitur dicat, obscurum est. Hæc ille. Apollodorus tamen, non malus harum quidem rerum auctor, libro tertio Bibliothecæ, Ἀδωνίς, inquit, ἐπὶ παῖς ἂν, ἀρτέμιδος ὄχλω πηγιεὶς ἐν Διήρας ἑσπέρου, ἀπέθανε.

Confirmata duorum locorum Ciceronis emendationes

à P. Victorio factæ.

CAP. VIII.

RECTE iudicauit Victorius locum illum è secunda Ciceronis Philippica ita legi debere, vt in multis antiquis libris, & in Manutianis legitur: *Illam*

H 4

suas